

3. thesis confirmatio ab effectis sapientiæ humanæ, quæ in homines plerumque cadit. v. 1. *Sapientia hominis* (q. d. quanto magis illa vera sapientia, quam spiritus Dei largitur, cujusque exsortem se fecit homo suis ratiociniis?) *illuminat faciem ejus*, hoc est, facit eum lætum & bonâ spe implet, ut non timeat malum, aut irascatur aut mæreat: & *robur faciei ejus instauratur*, h. e., *παρρησιαν* habet in omni vita, quicquid ipsi accidat. Nihil enim sine ratione agit, nihil inopinatò ei accidit. Ideò neque in pudorem, neque in dolorem aut desperationem incidit. Civiliter hæc dicuntur; sed magis verè de *παρρησιæ* filiorum Dei. Heb. 3: 6. 10: 35. 1. Joh. 4: 17. 5: 14. *Jeschynné*. rectè Junius confert 2. Cor. 3: 18. & respondet Es. 40: 30. *As panim* alibi in malum pro *impudente* dicitur, ut Deut. 28: 50. Dan. 8: 23. Et sic LXX. & Chaldaus hinc quoque acceperunt: tanquam si concretum esset, & copulativa haberet vim adverbatiuæ, sed affixum (quod illi omittunt) aliò, quàm ad sapientem, referri non potest; ut ei *durities faciei* in abstracto attribuatur: quod cum fit, vitium esse non potest. Iste effectus demonstratur

a. in vita civili. Hinc vide sapientiæ

v. e.

j. officium, indicatum per regulas

1. de observantia legum. *Ego*, supple. sic a-  
ajo, sic consulo. Habet speciem *ἀνδρῶν ὁφειλόμενα*. *Os regis serva*, hoc est, fac, quodcunque ex regis ore prodit: quicquid jubet & statuit pro ea potestate, quam habet divinâ ordinatione. Conf. Rom. 13: 3. 4. 5.

II. de fidelitate. & summè intentionem juramenti Dei. v. 2 *Val* præpositio adverbialiscit. Sic 2. Sam. 23: 1. Os. 7: 16. 11: 7. *Keyal* cum eodem accètu, quo hinc, est Es. 63: 7. sic *Ἐπεὶ* 2. Cor. 11: 5. 11. 23. *Juramentum Dei* hinc est id, quo quis Deum testem & judicem citat, se in bona conscientia, quia id Deus jusserit, regi esse pariturum, & bonum ejus ac reipubl. quæsiturum. Notetur, 1. juramentum esse contestationem legis & judicii divini. 2. ideoque legitimum esse juramentum, in quo ea contestatio fieri possit; si nim. fides verbi & timor judicii verè appellari possit. 3. magistratui parendum esse propter conscientiam, hoc est, propter voluntatem & ordinationem Dei & judicium imminens contemtoribus. Alioqui enim iis jurari non posset. Conf. prov. 24: 21. Rom. 13: 2. 5. 1. Pet. 2: 13. 14. 17. *Dibráb* sermocinatio, pro intentione sive directione animi & ordi-

F 3

natione